



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De terrae motu in Cypro, cap. 48.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

630 DE MIRACVLIS

quo capta est Ierusalem, cum terra sancta. Contra quam gentem perfidam, tres vidimus expeditiones maximas fidelium; prima fuit sub Frederico Imperatore; secunda sub Henrico filio eius; tertia sub Fredericko, qui hodie imperat. Nostris inquam temporibus gens Latinorum surrexit contra Græcos, illorum perfidia prouocata, cœpitque Constantinopolim, & manam partem Græciæ. Circa eadem tempora manifestari cœperunt hæreses Albensium: vnde zelo fidei cōturbatae sunt gentes catholicorum, & inclinata sunt regna, vt potè Franciæ & Hispaniæ, ad illius destructionem, sed nondum est finis. Vt enim taceam de regnis gentium infidelium, quanta fuerint bella inter regna fidelia, vti regna Francorum aduersum regnum Anglorum, inter regnum Alemaniæ contra Gallorū regnum, nouimus omnes. Quædam etiam gens anno præterito intravit regna Reutenorū, & totam ibidem gentem vnam deleuit: de qua nobis non cōstat, quæ sit, vnde veniat, vel quò tendat. De pestilentijs & fame legimus satis, non in libris, sed in presulis nostris: post mortem prædicti Henrici Imperatoris raptæ famæ erat, vt maldrum siliginis in Alemania, marca Coloniensium, & in quibusdam prouinciis decem & octo solidis venderetur, & ex magnitudine famis, populus innumerabilis extingueretur. De terræmotibus per loca noua, & magna tibi referam miracula.

CAPV T XLVIII.

IN anno præsenti, qui est millesimus ducentesimus vicesimus secundus ab incarnatione Domini, sicut narrant quidam de eisdem partibus venientes, duæ ciuitates in Cypro a terræmotu corruerunt. In una verò illarum, dum Episcopus in altari staret, Missamque celebraret, ecclesia tremita cecidit, & tam ipsum quām reliquum populum extinxit.

CAPVI